



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 24. Pacificatio Altranstradensis Polonos inter & Suecos a Pontifice  
irritata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](#)

Has denique violentias, ac tumultus Sæc. XVIII.  
 inhiberi, Administratores a Cæsare e. A.C. 1709.  
 nixe petebant: quapropter Nassoviensis  
 Princeps Calvinianus cuncta ad eundem  
 statum, in quo tempore decretæ admi-  
 nistrationis erant, revocare, rursus a-  
 lio decreto Cæsareo jussus est.

### §. XXIV.

#### *Pacificatio Altranstadiensis Polonos inter & Suecos a Pontifice irritata.*

Postquam Carolus Sueciæ Rex iterata Epist. Clem.  
 clade a Moschis profligatus erat, XI. p. 577.  
 desperatione animum acuente eosdem  
 die vigesima septima Junii ad Pultavam  
 aggressus, ab iisdem ad internacionem  
 ferme profligatus est, ac desideratis  
 suorum duodecim millibus, cum lacero  
 exercitu ad Boristhenem fluvium celeri  
 fuga contendit: ast ab insequente hoste  
 arctatus, ac ipsem saucius, cum nec  
 pugnandi, nec evadendi locus super-  
 esset, devictis seu captis sexdecim  
 millibus ducentis quadraginta quinque,  
 cum sexcentis suorum in arce Bender  
 Turcicæ ditionis asylum invenit. Ac-  
 cepto tantæ cladis Nuntio Augustus  
 Poloniæ Rex die decima Augusti ex  
 Dresdendi Urbe literas ad Papam dedit,  
 in quibus eidem modum, quo pacis ar-

G 5                  ricu-

Sæc. XVIII. ticos anno hujus saeculi sexto Altran.  
A.C. 1709. stadii cum Suecis inire coactus est,

mulque a se suscepum quantocius in  
Poloniam redeundi consilium manife-  
stabat: Ad has autem literas Pontifex  
die vigesima prima Septembribus haec re-  
spondit: „Fatemur Majestati tuæ, sum-  
mo & inexplicabili dolore five potius  
horrore Nos affectos fuisse, ubi primum  
allatum ad nos fuit de hujusmodi tra-  
statu: gravissima siquidem per quos-  
dam illius articulos, non sine maxima  
Nominis tui, quod in fronte præfere-  
bant, apud fideles nota, non minus  
orthodoxæ fidei, divino cultui ac ani-  
marum saluti, quam Ecclesiasticæ li-  
bertati, ac jurisdictioni, nostrisque,  
& Apostolicæ Sedis juribus, præju-  
dicia inferri noscebantur; in iis enim  
inter cætera conventum fuisse lege-  
batur, quod quædam beneficiorum ec-  
clesiasticorum collationes nostra &  
dictæ Sedis authoritate valide, & le-  
gitime, factæ ad laicalis potestatis  
libitum rescindi, atque irritari vale-  
rent; Westphalicæ pacis capita ali-  
quot dudum ab hac sancta Sede dam-  
nata expresse instaurabantur, & ap-  
probabantur; omnis præterea Catho-  
licæ religioni in Saxoniam, & Lusa-  
tiam aditus, perpetuo inibi vetita Re-  
ligionis hujusmodi cultoribus quavis  
eccle-

„ecclesiarum, scholarum, academia-  
rum, collegiorum vel monasteriorum Sæc. XVIII.  
A. C. 1709.  
„constructione, penitus intercludeba-  
tur: & alia forsitan Ecclesiæ legibus,  
„Orthodoxæ fidei, integritati, nostris-  
que & Sedis præfatæ rationibus ad-  
„versantia firmabantur, ac statueban-  
tur, hæc profecto statim, ac illa, vel  
„ipso rumore publico nuntiante audivi-  
mus, nonnisi cum intimo, ut dixi-  
„mus, atque acerbissimo doloris sensu  
percepimus, tametsi adduci minime  
„potuerimus, ut crederemus, vere illa  
„ex animo, ac de mandato Majestatis  
„tuæ emanasse; quomodo enim fieri  
„poterat, ut ab orthodoxo Rege, cui  
„Nos sat inter ac tantas rerum, ac  
„temporum difficultates, valida sem-  
„per, promptaque ac parata ope con-  
„stanter adfuiimus, quique vicissim in  
„Nos, & hanc sanctam Sedem gratum,  
„obsequentemque animum semper o-  
„stenderat, tam impia, nobisque, &  
„eidem Sedi tam injuriosa prodiisse ar-  
„bitraremur? quomodo credere pote-  
„ramus a Te pactiones illas, nobis  
„prorsus inconsutlis, initas fuisse, in  
„quibus pro vero, ac legitimo Rege is-  
„imprimis agnoscebatur, & declaraba-  
„tur, quem Nos antea, ut sua jura  
„tueremur, datis ad Venerabiles Fratres  
„Archiepiscopos & Episcopos illius Regni  
„lite-

Sæc. XVIII., literis, nulliter, ac perperam electum  
 A. C. 1709., fuisse denuntiaveramus? cum tamen  
 „his omnibus non obstantibus non ob-  
 „scura ad nos quotidie perferrentur ar-  
 „gumenta, ex quibus maiestatem suam  
 „contenta in præfato tractatu sive rata  
 „habuisse, sive observari voluisse con-  
 „stabat, quietem, aut solatium inve-  
 „nire nobis non dabatur. Sane anxi-  
 „tatem hanc nostram non parum im-  
 „minuit id, quod nobis postea tuo no-  
 „mine expositum fuit a præfato Barone  
 „de Schenk, qui a te ea de causa tunc  
 „ad nos ablegatus certo nobis affirmare,  
 „atque testari non omisit, te satis super-  
 „que intelligere, quam iniquæ, quam  
 „duræ essent pleræque conditiones il-  
 „lius tractatus, animo propterea alienissimo ab iis semper fuisse: omnia  
 „demum contigisse prava opera, ac  
 „mala fide, sive potius proditione tuo-  
 „rum commissariorum, Majestate tua  
 „vel inscia vel decepta, vel coacta,  
 „huic porro Ablegati tui assertioni ma-  
 „gnum tum inde adjectum est pondus,  
 „cum nobis nuntiatum fuit in Saxonja  
 „eo ipso tempore, quo ibi Sueci præ-  
 „valido copiarum robore insidebant,  
 „Majestatis tuæ jussu illos ipsos commis-  
 „sarios fuisse detentos, nec non officiis,  
 „atque dignitatibus, quibus antea po-  
 „tiebantur, exutos, ac ad rationem  
 „red.

ctum  
amen  
n ob-  
ur ar-  
suam  
rata  
con-  
inve-  
nxie-  
im-  
o no-  
rone  
tunc  
nare,  
uper-  
quam  
s il-  
alie-  
mnia  
ac  
tuo-  
e tua  
acta,  
ma-  
ndus,  
konja  
præ-  
uant.  
misi-  
ciis,  
po-  
onem  
,red-

„reddendam eorum, quæ gesserant, Sæc. XVIII.  
„adactos, ad majorem præterea animi A. C. 1709.  
„tui comprobationem, utque eo magis  
„constaret, te potissimum aversari ar-  
„ticulos illos propagationi Catholicæ  
„Religionis in tuis dictionibus repu-  
„gnantes, gratissimus accessit nuntius,  
„præcipua animi gratulatione a nobis  
„exceptus, de Sacra æde Catholico ritu  
„sub invocatione Sanctissimæ Trinita-  
„tis in tua civitate Dresdensi publice  
„aperta, cujus rei nunquam meminisse  
„possumus, quin Deo totius consola-  
„tionis & boni Consilii authori uber-  
„rimas gratias agamus, quod eam de-  
„mum diebus nostris felicitatem indul-  
„serit, ut verus sancti sui Nominis cul-  
„tus & Sacra nostræ religionis Myste-  
„ria in eam regionem, veluti postlimi-  
„nio revocata fuerint. Complevit de-  
„mum omnia edita a te tuæ voluntatis  
„declaratio, per quam orbi universo  
„testatam esse voluisti vim tuis Com-  
„missariis illatam, fraudemque ab ipsis  
„in tractatu Altranstadensi tibi, tuæque  
„dignitati ac authoritati factam; ne-  
„que enim ambigimus, quin, uti pa-  
„lam denuntias, non teneri te ad fer-  
„vandas, implendasque eas pactiones,  
„quæ, cum res tuæ maxime in angusto  
„essent, iisdem suis commissariis vi,  
„metuque præscriptæ fuerunt; quinimo  
„cum

Sæc. XVIII., cum asseris impossibilia prorsus repu-  
A. C. 1709. „tanda esse, quæ contra Deum, fidem,  
„conscientiam, honorem, honestatem,  
„aut bonos mores quoquo modo pu-  
„gnant, adeoque te quovis illa obser-  
„vandi vinculo exsolutum esse, de iis  
„potissimum intellexeris, quæ non mi-  
„nus Catholicæ fidei, Divino cultui,  
„& animarum saluti, quam Ecclesiæ,  
„Sedisque Apostolicæ rationibus, sicuti  
„superius diximus, adversantur. Ve-  
„rum cum æquum non modo & con-  
„gruum, sed & necessarium esse exi-  
„stimemus, ut præmissis etiam Aposto-  
„lici judicij pondus accedat, tum ut  
„nunquam dubitari contingat, pactic-  
„nes illas Orthodoxæ religioni, ac Ec-  
„clesiæ juribus tam infandas, simulque  
„orbi universo tam notas a quibusvis  
„tandem Personis, & quavis Authori-  
„tate factæ fuerint, dissimulari a no-  
„bis, atque silentio præteriri potuisse,  
„tum ut Majestas sua solidius & ala-  
„crius insuscepta deliberatione habendi  
„eas conventiones, tanquam si nun-  
„quam factæ fuissent, consistere valeat,  
„Hinc Nos, qui æqui, bonique supremi  
„Assertores in terris a Domino consti-  
„tuti sumus, tradita Nobis ab omnipo-  
„tente Deo Authoritate prænarratos  
„dicti tractatus pacificationis articulos,  
„ceteraque in eo contenta, quæ Ca-  
„tho-

„tholicæ fidei, Divino cultui, anima-  
rum Saluti, Ecclesiæque, ac Sedis Sæc. XVIII.  
„Apostolicæ juribus quibuscumque quo-  
„modolibet officiunt, seu præjudicium  
„etiam minimum afferunt, aut inferre,  
„seu intulisse, vel alias nocere, seu no-  
„cuisse quoquo modo dici, censeri, præ-  
„tendi, vel intelligi possent, cum om-  
„nibus, & singulis inde securis, &  
„quandocumque secuturis, ipso jure  
„nulla, irrita, invalida, iniqua, injusta,  
„damnata, reprobata, inania, viribus-  
„que & effectu penitus, & omnino va-  
„cua, ab ipso initio fuisse, & esse, ac  
„perpetuo fore; nec Majestatem tuam,  
„sive alium quempiam ad illorum, seu  
„cujuslibet eorum, etiam si pluries ra-  
„tificata & juramento vallata sint, ob-  
„servantiam teneri, imo nec illa ulla-  
„tenus a quoquam observari potuisse,  
„ac debuisse, aut posse & debere, ne-  
„que ex illis cuiquam aliquod jus, vel  
„actionem, aut titulum, etiam colora-  
„tum, acquisitum fuisse, nec esse, mi-  
„nusque ullo tempore acquiri & com-  
„petere posse, neque illa ullum statum  
„facere, vel fecisse, sed perinde, ac si  
„nunquam emanassent, nec facta fui-  
„sent, pro non extantibus, & non factis  
„perpetuo haberi, debere, tenore præ-  
„sentium declaramus, & decernimus,  
„& nihilominus ad abundantiorem cau-  
„tellam,

Sæc. XVIII „tellam, & quatenus opus sit, articu-  
A.C. 1709. „los prædictos, aliaque præmissa, ut  
 „præfertur, præjudicialia (citra ullam  
 „reliquorum in tractatu hujusmodi con-  
 „tentorum approbationem) harum se-  
 „rie improbamus, rescindimus, damna-  
 „mus, cassamus, irritamus, & annul-  
 „lamus, viribusque, & effectu penitus  
 „ac omnino vacuamus, & contra illa-  
 „deque eorum nullitate coram Deo pro-  
 „testamar. Age igitur Charissime i-  
 „.Christo Fili Noster, Ecclesiæ, Reli-  
 „gionis, ac Dei caussam fortiter tuere  
 „ut tuam vicissim Deus caussam tuae  
 „tur semper, & protegat; serio incum-  
 „be, ut evellantur e Regno Poloniae  
 „innovationes omnes noxiæ, & con-  
 „trariæ divino Cultui, quæ occasione  
 „anteactarum perturbationum Acatho-  
 „licorum opera, ac violentia illuc in-  
 „ductæ fuerunt: cura demum, ac effice-  
 „ut quæ in posterum pro defensione  
 „caussæ Dei, Religionis, Sedis Apo-  
 „stolicæ, ac Ecclesiæ statues & ages,  
 „ea omnibus explorato undique argu-  
 „mento esse possint, te vere ini-  
 „quas illas pactiones nunquam ap-  
 „probasse. „

§. XXV.